



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

III. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Woldemar bestimmen die Feldmark der Stadt Callies und gewähren den Bürgern sechsjährige Abgabefreiheit, am 14. September 1303.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

patrem et dominum nostrum Hinricum, episcopum ecclesie Caminensis, quod predictam ciuitatem a festo beati Martini proximi venturo ad octo annos futuros ab omni impetitione episcopaliū denariorum dimittit liberam et solutam, ea duntaxat ratione, quod illis octo annis futuris expiratis sine omni contradictione vel dilatione predictos denarios episcopales sibi perfoluamus tempore oportuno. Quam solucionem denariorum communiter arbitramur in hiis scriptis super ista solucione episcopaliū denariorum tempore debito ne occasio contradictionis oriatur apud nostros posteros, nostras dedimus literas sigillo ciuitatis roboratas.

Datum Nurenbergh, anno Domini millesimo tricentesimo, in die beate virginis Katherine

Nach dem Gaminischen Copialbuch des Pommerischen Provinzial-Archives.

III. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Woldemar bestimmen die Feldmark der Stadt Callies und gewähren den Bürgern sechsjährige Abgabefreiheit, am 14. September 1303.

Nos Otto, Conradus, Johannes et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones, recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, Quod fidelibus nostris ciuibus in Calis et ciuitati assignauimus centum et quatuor mansos in agris et quinquaginta mansos in pascuis pecorum iure aliarum ciuitatum nostrarum perpetuo possidendos. Omnes autem aque inter predictos agros site extra mensuram debent esse et ad usus dictorum ciuium perpetuo similiter pertinebunt. Preterea volumus, vt quitquid ex illa parte aque Drawe cedit in pice et cineribus, hoc in ciuitate Calis colligi debet et rasari. Insuper prenomatos ciues ob specialem fauorem et eorum paupertatem respicientes a festo Martini nunc venturo per sex annos subsequentes a precaria, pachtā et qualibet exactione liberos penitus esse volumus et solutos, et hiis sex annis durantibus, quitquid ipsis de excessibus euenerit, cum hiis suam ciuitatem emendabunt. In cuius euidens testimonium ipsis dedimus presens scriptum, sigillis nostris roboratum. Actum et datum Tankow, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., In die exaltationis sancte crucis, Presentibus Domino Rauē, nostre curie dapifero, Czulis de Wedele, Ludolpho de Wedele, dalfone de Wedele, nostro aduocato, Henningo de Blankenborch, Hinrico de Stegelitz, Bertrammo de Stegelitz et aliis quam pluribus fide dignis, per manum Tiedemanni mol, nostri capellani.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.